

Franckesche Stiftungen zu Halle

**Joh. Andr. Qvenstedii, SS. Theol. D. & Prof. Publ. Ordin. in
Acad. Witteberg, Ethica Pastorum, & Instructio Cathedralis,
sive Monita, Omnibus ac ...**

Quenstedt, Johann Andreas

Wittebergæ, 1708

VD18 13565508

CXXII. Auditores sibi concreditos, quotiescunque fert occasio, etiam privatim
informet, & cum illis de divinis Mysteriis loquatur.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

[urn:nbn:de:gbv:ha33-1-213082](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:gbv:ha33-1-213082)

neratori lucrum adferas. Nec tam spectato, quid commissum sit, quam quis commiserit. Illius est estimare, quod concredidit. Elati animi est, ambire magnarum civitatum pulpita. Animarum par est nobilitas ex Christi sanguine, neque Nobilis aut Divitis anima carius empta est, quam ignobilis aut inopis. Et cui non notum est, quam ad Verbi divini escam nauscent quodammodo plerique nobilium & urbanorum, quamque a-vide multi agrestes & ruricolæ eandem excipiant, & quanto cum fructu? Proinde à Pastoribus in villis & oppidulis sæpe plus utilitatis cum minori difficultate, labore & periculo colligitur, quam ab illis, qui in aulis Principum, magnisque urbibus concionantur.

CXXII.

Auditores sibi concreditos, quotiescunque fert occasio, etiam privatim informet, & cum illis de divinis Mysteriis loquatur.

Exigite.

Non acquiescendum Ministro fidei in communi & publica Verbi prædicatione, accedere etiam debet privata, singulos instituendi cura, prout occasio tulerit & necessitas eorum

eorum postulaverit. Privatim quoque quærat & pascat sibi commissas Pastor oviculas. Nam id fecisse Prophetas, Christum, Apostolos, legimus; Sic Jeremiæ mandat Dominus, ut descendat in domum Regis Juda, & annunciet ibi Verbum Dei, Jerem. XXIII. v. 1. 2. Huc pertinent etiam exempla Nathanis, 2. Sam. XII. 1. seq. Eliæ, 1. Reg. XVIII. 18. &c. Johannis Baptistæ, Matth. XIV. 4. Sic Christus informabat Martham privatim, Joh. XI. 23. seq. & Mariam ejus sororem, Luc. X. 39. Colloquebatur quoque seorsum ab hominibus aliis, cum muliere Samaritana, Joh. IV. 7. 8. Apostoli non solum in templo, sed etiam *κατ' οἶκον* (Lutherus, *hin und her in Häusern*) Christum prædicabant, Act. V. 42. S. Paulus Act. XX. 20. memorat, docuisse se & publice & per singulas domos, nec acquievisse in publica prædicatione, sed unumquemque admonuisse nocte ac die v. 31. & 1. Thessal. II. 11. Sic Monica, mater Augustini, sæpe cum eo de vita æterna loquuta est. Publicæ itaque Verbi prædicationi, ad omnes particularis alicujus Ecclesiæ auditores institutæ, privata singulorum cura conjungi debet. Christus enim *ἡ ἀρχὴ καὶ τὸ τέλος* & Pastorum Princeps singulis pastoribus non solum publicam & communem omnium, sed etiam privatam singulorum

rum

rum ovium curam commisit & demandavit, Ezech. III. 4. seq. 1. Petr. V. 2. Hebr. XIII. 17. Ipseque Paulus ad hoc officii genus Timotheum hortatus est, 1. Timoth. V. 12. Non omnes iisdem laborant morbis, ideo particulari & privata cura opus est. Alii Auditorum ignorant doctrinæ Christianæ capita, alii illis non per omnia assensum præbent, (plerumque dubium aliquibus suboritur in articulis; de Resurrectione Mortuorum, de Prædestinatione, de præsentia corporis & sanguinis Christi in S. Cœna &c.) in aliis deprehenditur defectus fiduciæ, charitatis, spei, &c. alii sunt vacillantes, alii labentes, alii jacentes, alii malè audiunt vel suspecti sunt unius vel alterius sceleris nomine. Qui rudes sunt & ignari capitum doctrinæ Christianæ, illi instar puerorum lacte pascendi, Hebr. V. 13. ut ad perfectionem virilem ferantur, Hebr. VI. 1. Qui in erroribus hærentes veræ doctrinæ non assentiuntur, si vere dociles sunt, instructione simplici corrigi possunt, si indociles & contradicentes, Testimoniis Scripturæ convincendi & constringendi sunt; Langventes in cursu pietatis, stimulis præceptorum excitandi. Lapsi poenitentes, promissionibus Evangelicis erigendi, & de nova obedientia admonendi sunt. Vide *D. Paul. Tarnovium* Disputat. de Officio Mini-

Mini-